

Kreis
Steinfurt

S 101

1275 September 29.

[6 101

Sühne zwischen den Edlen Ludolf und Baldewin von Steinfurt und dem Ritter Hoyer von Delden.

Nos Arnoldus, decanus ecclesie Oldensellensis, et Arnoldus miles in Al-melo universis presentia visuris notum esse volumus et presentium tenore protestamur, quia nos inter viros nobiles L(udolfum) et B(aldewinum) dominos Stenvordenses ex una parte et Hoyerum militem de Delden ex altera, qui eos laeserat indebite, talem statuimus et ordinavimus compositionem, ut dictus

H. proprietatem bonorum suorum videlicet domum Kohorst, novam domum Elsnen, domum Johannis in Delden conferret et donaret dominis prelibatis, quod et fecit et eisdem domos iure homagii² recepit ab eisdem. Sui etiam complices Albertus et Hermannus de Aglo effecti sunt fideles eorundem dominorum sub ea forma, quod fidelitatem prestitam nunquam dedicere debeant aut possint. In cuius rei testimonium presentem cedulam sigillis nostris roboramus. Datum anno Domini M^oCC^oLXXV^o, in die Mychaelis.

Abchrift Eb. S. 11. (Elsnen: Elsen bei Rijssen; Aglo: Agelo bei Dotmarfum.)

* homago!